93.

dens. nihil ee posse. quod sps scs negetur operatus.
Nec de angelis. nec de archangelis. nec de thronis
ac dominationibus posse dubitari. quod eius ope
ratione subsistant. Quando quidem ipse secundū
carnem dns. cui angeli seruiebant. spū in uirginē
superueniente generatus sit. sicut et secundum ma
theum ad ioseph angelus dixit. Ioseph fili dauid.
noli timere accipere mariam uxorem tuam. qd
enim ex ea nascetur. ex spū scō est. Et secundū
lucam. dixit ad mariam. Sps scs superueniet in te.
Opus ergo sps. uirginis partus ē. opus sps. fructus ē
uentris. Secundum quod scriptum ē. Benedic
ta tu inter mulieres. et benedictus fructus uen
tris tui. Opus sps. flos radicis ē. Ille inquam flos.
de quo bene ē prophetatum. Exiet uirga ex ra
dice iesse. et flos de radice eius ascendet. Radix
iesse. patriarchę iudeorum. uirga maria. flos
marię xpc. qui bonum odorem fidei toto spar
surus orbe. uirginali ex utero germinauit. sicut
ipse dixit. Ego flos campi. et lilium conuallium.
Flos odorem suum et succisus reseruat. et contri